

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2271

Autre(s) référence(s) : Round 259

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Gruchet-le-Valasse, Notre-Dame du Vœu du Valasse (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1178]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

(Copie authentique de l'acte précédent, CHEVREUX/VERNIER, planche XXV ; SCRIPTA 2270) Fondation et dotation de l'abbaye de Notre-Dame-du-Vœu (Le Valasse) par Henri II, roi d'Angleterre, et l'impératrice Mathilde, sa mère.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1110.
- b. Du Monstier Arthur, Somménil F., *Chronicon valassense*, truncatum a R. p. Arturo Du Monstier in sua Neustria pia, integrum necnon variis adnotationibus vindicatum ac illustratum de novo edidit F. Somménil, presbyter Rotomagensis, Rouen, Lebrument, 1868, p. 97-100.
- c. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DXXIX, t. 2, p. 96-98.
- d. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XIe au XVIIIe siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche XXVI.
- e. Avenel Alain, Cahagne Jean-Marie, Follain Éric, Grémois Alexis, Le Maho Jacques, *Le Valasse*, t. 1, L'abbaye cistercienne Notre-Dame du Vœu, XIIe-XVIIIe siècles. Le château, XIXe-XXe siècles, Rouen, Éditions des Falaises, 2009, 1 vol., n° 10, p. 37-38 (traduction).

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 259.

Texte établi d'après d

H., Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, iusticiis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis tam

presentibus quam futuris, salutem. Sciatis me et dominam matrem meam M., imperatricem, H. regis filiam, fundasse abbatiam Sancte Marie de Voto, de ordine Cisterciensi, pro amore Dei et pro anima predicti regis, avi mei, et pro anima G, comitis Andegavorum, patris mei, et aliorum parentum et antecessorum nostrorum, et pro salute nostra et heredum nostrorum et pro stabilitate et pace Anglie et Normannie. Et huic abbacie et monachis in ea Deo servientibus dedimus in elemosinam perpetuam et confirmavimus totum dominium nostrum ipsius vallis in qua fundata est, inter Insulam Bonam et Bolebec ; in foresta etiam Fiscanni totam terram quam mete ibi posite demonstrant, scilicet Belfaiellum et boscum sicut via Gireville dividit, que dirigitur per magnam vallem usque ad Tyliam Anlupi, cujus totius terre divise sunt iste : vallis predicta, vallis de Casa Orgri, vallis de Sturnello usque ad Cantelupum et exinde per vallem que dicitur vallis Sequane usque ad calceiam in divisis de Theboltot, et sicut termini Gireville dividunt usque ad viam supradictam. Dedimus etiam terram de Parvo Becco, cujus partem quandam venerabilis imperatrix M., mater mea, emit a monachis de Briostel pro .C. et .XX. libris Belvacensium, et terram et boscum quod ego eis addidi de foresta mea, sicut divise demonstrant que sunt : cheminum quod dirigitur a Bolebec ad Milevillam et exinde juxta terras Boseville usque ad calceiam, dehinc per vallem Comitisse et vallem magnam usque ad Fractum Monasterium, inde juxta terras infirmorum usque ad predictum cheminum. Insuper concessimus eis et in elemosinam perpetuam confirmavimus in utraque foresta Insule Bone et Fiscanni omnia aisiamenta sua cum omnimoda libertate pasnagii et pasture, et ligna et materiem ad domos suas faciendas et ad alias res usui suo necessarias. Preterea concessimus eis et confirmavimus omnes donationes que eis in elemosinam date sunt sicut carte donatorum testantur : ex dono Walteri, comitis Giffardi, unum pondus salis apud Luram singulis annis ; ex dono Waleranni, comitis Mellenti, et Roberti, filii ejus, totam haiam de Lintot cum omnibus pertinentiis suis et sex milia allectium et hospitem unum apud Pontem Audomari. Et quecumque de cetero juste acquirere poterunt vel eis in elemosinam data fuerint concedimus et confirmamus. Quare volumus et firmiter precipimus ut abbatia predicta et monachi in ea Deo servientes hec omnia predicta habeant et in elemosinam perpetuam teneant, bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et quietantiis suis de theloneo et passagiis et assisis et de omnibus aliis consuetudinibus. Testibus : R., archiepiscopo Rothomagensi ; A., Lexoviensi episcopo ; E., Ebroicensi episcopo ; comite Willelmo de Mandevilla ; A., comite Ebroicensi ; Nicholao de Stotevilla ; Hugone de Longo Campo ; Reginaldo de Curtenai ; Reginaldo de Pavilleio ; Roberto de Stotevilla. Apud Rothomagum.